Modus Confitendi.



¶ Modus confitendi compositus per Reuerendũ Epm̃ Andream Hispanũ: sancte Romañ. Ecclesie Pniarium.



Quoniam omni cõfitenti necessariũ est hanc generalem cõfessionem dicere ꝛ facere: cuius tanta est virtus ꝫm magistrum Sentẽtiaꝝ libro. iiij. dist. xxij. capitulo. v. ꝙ innumerabilia peccata venialia delet: mortalia vero ꝛ criminalia: quoꝝ non recordaris tollit: peccata vero que fecisti ad memoriam reducit. Et imo ad vtilitatem mihi vere confitentium: ego Magister Andreas Hispanus Ro. Ecclesie Pniarius/olim Ciuitateñ. ꝛ Alaceñ. nunc vero Magareñ. vocatus Eps̃: ordinis sancti Benedicti: requisitus per mihi cõfitentes/hanc generalez Confessionem: que quasi omnia peccata continet ex multis sanctoꝝ Patrum dictis collegi/verbis breuioribus ꝙ̃ potui: quia diffusius a me in maiori Confessione processum est.

¶ Facto signo sctẽ crucis ✠ añ omnia dic primo. Cõfiteor deo omnipotenti/beate Marie virgini/ ꝛ omnibus sanctis dei/ ꝛ tibi patri meo spirituali:

quia nimis peccaui ab illa hora: qua primo incepi peccare vsq₃ in p̄ntem diem: mortaliter; criminaliter: venialiter: cogitatione: consensu: delectatione: deliberatione: cōsilio: ꝛ locutione: visu: verbo: obmissione: ꝛ opere/ cōtra deū meū patrem omnipotentem/ per nature infirmitatem: contra filium dei per anime ignorantiā ꝛ cecitatē: cōtra spiritūsctm̄ per malitiā ꝛ obstinatiōnē/ desperationē voluntariam/ peccādi ꝯsuetudinē: tam cupiditate ꝛ amore inordinato: timore seruili ꝛ mundano. Et cōfiteor me peccasse contra deum meum: tam locutione ꝛ cogitatione/ q̄₃ opere ꝛ obmissione.

De Cogitatione.

Primo peccaui cogitatione: q: carnis delitias gulas/ luxurias/ seculi pompas/ honores/ ꝛ diuitias habere cogitaui/ ꝛ multum cōcupiui: ac turpibus cogitationibus cōsensi: ꝛ tam impressam imaginationem in eis habui ꝛ dilectionem ac delectationem/ ꝙ multas meas cogitationes opere perfecissem/ nisi timor ꝛ verecūdia mūdi me traxissent. Corde ꝛ animo horas meas non dixi: nec deum meū laudaui: nec de ipso aut futuro seculo seu etiā de die extremi Judicij cogitaui; immo tentatio-

nes diaboli et mundi voluntarie suscepi: et eis sem per consensi: vindictas desideraui: et amicitias simulaui: in meis aduersitatibus patientiam nõ habui: in affectum cordis mei transiui: et opere perfeci quecunqȝ prius cogitaui facere. Qualitercunqȝ cogitatione peccaui reddo me culpabilem: et dico meam culpam.

¶ De Locutione.

¶ Secũdo pater peccaui in locutione: quia sepe superflue et inepte locutus sum: deũ meũ/ et Sãctos eius blasphemaui: et deum de suis operibus reprehendi: peccata mea propria defendi et excusaui: in uanum iuraui: et meis proximis detraxi/ et murmuraui: eorum vitã et opera sinistre iudicaui: et eos diffamaui: iurata et pmissa nõ seruaui: sed sepe peiorauí et periuraui: et multos decepi: testimonium falsum dixi: perniciose mẽtitus sum: propinquis et familiaribus maledixi: et eos vituperaui et scandalizaui: maioribus adulatus fui: et cũ verbis ac mendatijs eorum amorẽ pcuraui: et discordias seminaui: male cõsului: et bilinguis fui: meipsum laudaui: et secreta reuelaui: indiscretus fui: vota honesta nõ cõpleui: dissolutus in visu fui/ et in risu; cantilenas de alijs

feci: verba scurrilia ꝛ turpia dixi: ꝛ pfidus ĩ verbis extiti; verba dei tacui ꝛ nõ docui: nõ correxi proxi mos: nõ monui: horas meas non debite legi: nec confessus fui; nõ cõmunicaui; nec deo meo de be neficijs acceptis de mane die ac nocte grãs reddi di: nec alia sancta officia lingue exercui: sed eã ad omnia vitiosa ꝛ vana verba laxaui. Qualitercũqꝫ enim ego locutione peccaui; reddo me culpabilez ꝛ dico meam culpam.

¶ De septem peccatis mortalibus.
Et primo de Superbia.

¶ Tertio peccaui opere ꝛ opatione multipliciter. Et primo confiteor me peccasse cõtra deum meũ ꝛ proximũ meũ/ꝛ septem pctã mortalia cõmisisse. Superbiam enim cõmisi: quia singulari excellẽtia alijs preesse volui: pomposus ꝛ pũmptuosus ex titi: in meis operibus semper vanam gloriã habui: de diuitijs/honoribꝰ/ ac genere ꝛ nobilitate/ atqꝫ corpis mei pulchritudine me iactaui: ꝛ causa ipoꝝ alijs dominari volui: inobediẽs plãtis meis extiti: censuras ecclie ꝛ sinodoꝝ nõ curaui: ꝛ hypocrita fui: ꝛ rebellis ꝛ obstinatus in mala ꝯsuetudĩe pec cãdi; cõfiteri ꝛ penitere seu cõmunicare nõ volui:

parentes/pꝛoximos/⁊ inferioꝛes despexi: ⁊ fami-
liares ⁊ amicos verbis superbis a me effugaui: cu
riosus ⁊ leuis in verbis meis fui: ac dissolutus in
risu extiti: singularis esse verbis ⁊ factis decreui:
pꝛopꝛiā voluntatem semper adimplere volui: pec-
cata pꝛopꝛia excusaui ⁊ defendi: ⁊ non cito credi-
di: ⁊ ingratus deo meo/ ⁊ hominibus de benefi-
cijs acceptis extiti.

¶De Auaritia.

¶Itē peccaui cupiditate ⁊ auaritia: qꝫ inoꝛdinate
diuitias/honoꝛes/ pecunias/ ⁊ bn̄ficia concupiui
⁊ amaui: res alienas abstuli: ⁊ retinui iniuste: ⁊ dis
sipaui: ꝑcus mihi in necessarioꝝ exhibitiōe: ⁊ pꝛo-
ximis in elemosinaꝝ largitiōe fui: ꝓpter pecunias
honoꝛes/⁊ beneficia/multa falsa testimonia/falsas
litteras/pꝛoditiones/adulteria/pꝛoximoꝝ damna
vsuras/simonias/deceptiones/fraudes/ rapinas/
furta/mendatia/causas litigiosas/⁊ iniustas/⁊ ini-
quas sententias/officia tyꝛannica/ ⁊ mercātias/ ⁊
aduocationes causaꝝ iniustaꝝ/ac pꝛocurationes/
falsos testes/falsas litteras ꝑuersoꝝ/⁊ consangui-
neoꝝ ꝓmotiones/in ecclesia dei ludos foꝛtuitos/
⁊ falsa iuramenta dixi feci ⁊ pꝛocuraui.

¶ De Luxuria.

¶ Itē peccaui in peccato fornicationis ꝛ luxurie: quia delectatione ꝛ cogitatiōe gule ꝛ luxurie corporis pollutiones in corpore habui: vbis luxuriosis/tactibus/amplexibus/ ac osculis/ ꝛ aliqñ etiā actibus inhonestis mulieres turpiter cognoui: ꝛ dilexi: ꝛ q̄uis non opere/tamen mente sic adulterium/incestū/raptum/ ꝛ peccatū contra naturā facere ꝛ exercere desideraui.

¶ De Inuidia.

¶ Itē peccaui peccato inuidie: nā honorē ꝛ famā ꝛ ꝓmotionē mei proximi ꝓpter inuidiā destruere ꝛ impedire curaui: ꝛ de eius dāno ꝛ infortunijs multū gauisus fui: ꝛ de eius ꝓsperitate valde doluí: ꝛ ipsum depressi quantū potui.

¶ De Gula.

¶ Itē peccaui in peccato Gule: quia horā comedendi ꝛ bibendi sepius preueni: sine siti ꝛ fame comedi ꝛ bibi/ ꝛ ebrietate me repleui: cibū ꝛ potum sumpsi: ꝛ frequenter in die comedi/ ac etiam bibi: sumptuosa cibaria ꝛ pocula ꝛ delectationē carnis procuraui. Tabernas frequentaui: ꝛ in saporibus ciboꝝ ꝛ potuū extiti.

¶ Itē peccaui in peccato ire: nam meis proximis ꝛ subditis meis sine causa iratus fui: propter iram me vīdicaui: nec iniurias mihi illatas sustinere vo lui: cum ira deum meū blasphemaui: homines vi tuperaui: nocere proximo meo in persona sua ꝛ in rebus suis deliberaui: rancorem cordis seruaui: ꝛ tremorē mētis pre ira habui: clamores feci: discor dias seminaui: ꝛ veniā petētibus nō peperci.

¶ De Accidia.

¶ Itē peccaui in peccato Accidie: nam bona que tenebar facere nō feci nec procuraui: mala autem que tenebar fugere nō fugi: sed plus ad illa cucur ri ꝛ ope cōpleui: panē meū laboribus non quesiui tardus ac longus ad confitendum de peccatis fui penitentiā mihi datā/ ꝛ vota ꝓmissa vel incboata non cōpleui: opus dei neglexi: remissus in dicēdo officium diuinū ꝛ facienda deo seruitia fui: ꝛ meū officium facere ignoraui: ꝛ iniurias feci: res meas deturpaui: in horis ꝛ diuinis officijs nullam deuo tionem habui: ꝛ si aliquando feci aliquod bonum illud cū tristitia/ verecundia/ ac vana gloria peregi desistere me a pctis penitus desperaui: ꝛ indiscre-

to feruore deo meo feruiendi tantum corpus meũ exterminaui ꝛ extenuaui/ꝗ sibi seruire vt tenebar postmodũ non potui/ad consuetã vitã declinaui. Vota promissa non cõpleui:nec ieiunia Ecclesie. Qualitercũqꝫ peccaui ĩ his septẽ pctĩs mortalib⁹ ac in aliquo eoꝝ/siue in aliquibus circũstantijs ipsoꝝ peccaui:dico meã maximã culpã: ꝛ reddo me culpabilem deo omnipotenti ꝛ vobis.

¶ De decem preceptis legis.

¶ Quarto peccaui operatione: qꝛ decem pcepta dei mei trãsgressus fui ope ꝛ volũtate. ¶ Primo deum meũ ex toto corde non dilexi:nõ timui:non adoraui ; nec firmã fidem ꝛ spem in ipso ꝛ de ipso habui:quin potius diuinis/augurijs/sortilegijs/ꝛ incãtationibus/heresibus/ꝛ falsis doctrinis magꝭ qꝫ deo meo ꝛ sacris scripturis fidem dedi ꝛ magꝭ cõfisus fui. ¶ Secũdo nomen dei inuanũ assumpsi per os meuꝫ/ pro nulla re per deum meũ iuraui: ꝛ frequẽter ꝛ sine causa iuramenta falsa pronũtiaui: ꝛ super Euangelia iuraui sine necessitate: simplici verbo credere nolui ; ꝛ per membra dei iuraui: ꝛ deũ ꝛ sctõs eius blasphemaui. ¶ Tertio peccaui: nam diem Dominicum ꝛ festiuitates Ecclesie cũ

orationibus/missis/ ⁊ pdicatiõibus/ ⁊ elemosinis non sanctificaui; sed illis diebus debitores meos recepi ⁊ posui mihi debita procuraui/ familiã meã laborare feci; ⁊ temporalibus vacaui: ⁊ mũdi gaudijs/crapulis/⁊ luxuriosis actibus magis illis diebus festiuis me dedi/q̃ȝ diebus non festiuis.
¶ Quarto peccaui; nam Patrem ⁊ Matrẽ meã corporales nõ honoraui; nec in necessitatibus eorum eis subueni: sed ad irã eos prouocaui. Prelatis spiritualibus/⁊ matri mee sancte Eccl(es)ie debitas reuerentias nõ feci; nec eorum precepta ⁊ censuras curaui: imo in contemptum clauiũ Ecclesie cum excõmunicatis/⁊ cum Scismaticis/⁊ hereticis pticipaui; ⁊ decimas quas ecclesie tenebar dare non integre dedi. ¶ Quinto peccaui; nã proximũ meuȝ/licet non actu/tamen animo ⁊ voluntate occidere volui; ac in persona ledere; ⁊ in rebus concupiui; manus violentas in eũ posui; ⁊ ponere decreui. ¶ Sexto peccaui; nã mulieres coniugatas ad adulteriuȝ procuraui; ⁊ diuersis cogitationibus per adulteriũ me coinquinaui. ¶ Septimo peccaui: nam res alienas iniuste de locis sacris ⁊ non sacris abstuli; ⁊ officium ad recipiendũ

bona pauperũ procuraui: ⁊ res alienas dominis suis non reddidi: patrimoniũ crucifixi non debite expendi: nec per me oblatum vel furatũ aut inuentum restitui: nec voluntates vltimas/ ⁊ mortuorum testamenta compleui. ¶ Octauo peccaui: nam contra proximũ meum ex malitia publice ⁊ occulte testimoniũ falsum/ ⁊ falsas scripturas/ falsos testes sepius contra eum procuraui ⁊ dixi: ⁊ eius vitam ⁊ mores quantũ potui denigraui: ⁊ vituperia derisiones / ac etiã multas maledictiones contra eũ protuli/ ⁊ scandala procuraui. ¶ Nono peccaui: nam proximi mei vxorem ⁊ consanguineam ⁊ sanctimonialem desideraui: ⁊ in eius pulchritudine gauisus fui: ⁊ ad eam videndũ cucurri: ⁊ eã habere quocũq; modo desideraui. ¶ Decimo peccaui: nã vicini mei agros: ⁊ domos: beneficia/ ⁊ bona proximi mei per dolos/ fraudes/ violẽtias ⁊ deceptiones habere cõcupiui: ⁊ ꝯtra eũ causas iniustas ⁊ litigiosas moui/ verbis ⁊ factis quantũ potui ꝑpter illa bona/ cũ iniuste rebus suis priuaui/ ⁊ priuare studui. In hijs oibus dico meã culpã ⁊ reddo me culpabilẽ deo ⁊ vobis patri.

¶ Quinto peccaui pater cõtra deum cũ omnibus

meis membris ꝛ sensibus mei corporis: nam cum meo capite deo meo ꝛ meis maioribus reuerentiam non feci. Item collum meum ad obediētiam inclinare nolui. Item aures meas ad audiendum luxuriosa verba/detractiones/cātus/ ꝛ instrumenta musicalia dedi. Item oculos meos multotiens coloribus decturpaui: ꝛ impudice cū eis mulieres multas/ ꝛ plures vanitates mundi respexi. Item nares meos odoribus prouocantibus ad vanam gloriam ꝛ luxuriam ordinaui. Item os meum ad loquēdum mendacia/blasphemias/ꝛ iniurias deputaui. Item linguam meā ad loquendum suauia mendacia ordinaui. Iteꝫ guttur meum crapula ꝛ ebrietate repleui. Itē manibus meis aliena rapui: ꝛ turpiter cū eis corpus meū/ꝛ alia membra mea ad generationem deputata fornicationibus maculaui. Item ventrem meum luxurie ꝛ ebrietatibus dedi. Iteꝫ lumbis meis ardorē libidinis exoptaui ꝛ excitaui. Itē in corde meo varias cogitationes ꝛ tentationes habui: quas perfecissem/nisi timor mundi ꝛ hominum me abstraxissent. Item genua mea deo meo/ꝛ sanctis/ꝛ maioribus meis/ac prelatis meis non flexi. Itē cū pedibus meis ad luxu

riandum: ad furandu3: ad effundendū sanguinem cucurri. Qualitercunq3 ego cū aliquo mēbro mei corporis deum meū offendi: dico meam maximā culpam: ꝛ cōfiteor deo omnipotenti ꝛ vobis.

¶ De Obmissione.

¶ Sexto peccaui vltimo modo peccādi sc3 obmissione: nā cū paupere indigente in necessitate cōstituto septē opa misericordie nō exercui: nā cū potui esurientibus panem nō dedi: ꝛ sitienti potū nō prebui: hospitē peregrinū ꝛ etiā errantē ad meū hospitiū/ ꝛ ad viam bonā ꝛ rectā nō direxi: infirmos cū necessariis nō visitaui: nudū vestimentis meis nō cooperui: incarceratos iniuste nō redemi: mortuū derelictū nō sepeliui/ nec etiā feci sepeliri.

¶ Itē opera spiritualia que tenebar nō adimpleui. Nā ignorantes que sunt salutis anime nō docui. Destituto omni humano auxilio ꝛ pctōri consiliū non dedi. Errantem ꝛ peccatorem non castigaui: nec correxi. Tristem ꝛ desolatum nō confortaui. Nec mihi irascentibus/ ꝛ etiā malefacientibus nō peperci. Iniurias ꝛ etiā contumelias mihi illatas patienter non sustinui. Pro saluatione animarum amicoꝝ/ ꝛ inimicoꝝ meorum deum non exoraui.

ꝛ mercedē laboꝝ mihi seruiētibus nō p̄bui. Qua⸗
litercūq; ego opera misericoꝛdie non impleui dico
meā culpā: ꝛ reddo me culpabilem deo ꝛ vobis.

¶ De duodecim articulis fidei.

¶ Septimo peccaui: q2 duodecim articulos fidei firmiter ꝛ perfecte nō credidi: nec coꝛde ꝛ oꝛe ad eius iustitiam confessus fui: immo aliquādo circa ipsos/ ꝛ circa sacramenta altaris dubitaui: ꝛ fidem veram ꝛ iustaȝ cū bonis operibus tanq̄ȝ bonus ꝛ fidelis Chꝛistianus nō habui: neq; cōtra infideles ꝛ prauos hereticos fidem meā omnino defendi ꝛ pꝛedicaui: imo errantes/ ꝛ arguentes cōtra fidem libenter audiui.

¶ De septem sacramentis Ecclesie.

¶ Octauo peccaui: quia septē sacramēta Ecclesie vt minus bon⁹ xp̄ianus ꝛ fidelis pꝛeterij ꝛ neglexi. Pꝛimo q2 sum baptizatus/ ꝛ diabolo ꝛ pōpis eius vt pꝛomisi in baptismo non renunciaui. Sum confirmatus: ꝛ fidem xp̄i/ ac veritatem pꝛopter timoꝛem mūdi loqui ꝛ pꝛedicare erubui ꝛ neglexi. Atq; oꝛdinem matrimonij non honoꝛaui/ nec custodiui. Oꝛdines ecclesiasticos indigne recepi: ꝛ in peccato eosdeȝ indigne exercui. Patientiā pꝛo

meis peccatis in ieiunijs nõ habui. Orationes ⁊
elemosinas mihi iniunctas non feci. Oris confes-
sionem; ⁊ corporis xp̃i cõmunionẽ facere ⁊ recipe
re neglexi. Qualitercũqȝ ego in sacramentis eccle
sie peccaui dico meã culpam.

¶ De. vij. virtutibus theologicalibus.

¶ Nono peccaui: quia septẽ virtutes theologica-
les seruare neglexi. In me non est vera Christi
fides cum bonis operibus. In me nõ est certa
spes de futuris bonis celestibus. In me nõ est
charitas: qua super omnia diligatur deus: atqȝ vt
meipsum proximum meum non dilexi. In me
non est prudentia: quia actus meos: quod: quo-
modo: quando debuissem agere non feci: ⁊ iuxta
voluptatis desideria actus meos incõsulte peregi
In me non est fortitudo: quia passiones interio-
res ⁊ exteriores viriliter pro Christo nõ subiuga
ui: turpia ⁊ verecunda agere non metui. In me
non est temperantia: quia labores/ ieiunia/ ac tri-
bulationes sustinere nolui. In me etiã non est
iustitia: quia a malo non declinaui: sed bonũ quod
tenebar facere neglexi: vnicuiqȝ quod suũ erat nõ
dedi; ⁊ propter meas vtilitates bonum cõmune

⁊ multoꝝ saluationē neglexi. Quicquid ergo contra septem virtutes peccaui dico meā culpam.

¶ Septem dona Spiritussancti.

¶ Decimo peccaui: qꝛ septem dona Spiritussancti nō curaui. Jn me nō est sapientia ad diuina cōtemplanda. Jn me nō est intellectus ad nouissima mortis mee/ ⁊ penas inferni/ ⁊ diem iudicij considerandum. Jn me non est consiliū ad bonū eligendum/ ⁊ malum reprobandū. Jn me nō est scientia ad meipsum ⁊ facta mea recognoscendum. Jn me non est fortitudo ad resistendum tentationibus ⁊ tribulationibus ac malis cogitationibus. Jn me non est timor dei ad malum fugiendum/ ⁊ ad salutem anime querendum. Qualitercūq; ego in hijs peccaui dico meam culpam.

¶ Duodecim fructus Spiritussancti.

¶ Undecimo peccaui: qꝛ duodecim fructus spūs sancti etiam scienter neglexi. Jn me non est charitas: nec gaudium in dei seruitio: nec pax cū proximo: nec patientia in aduersis: nec longanimitas in diuinis seruitijs: nec bonitas vite mee: nec benignitas erga proximū meum: nec modestia in gestu ⁊ habitu; ac in operibus meis; nec mansuetudo in

turbationibus: neq̃ etiam humilitas in operibus: nec veritas in verbis ac locutiõibus meis; nec cõtinentia; nec castitas in affectiõibus meis; sed grauiter peccaui cõtra predicta sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Et de his omnibus dico meam culpam.

¶ Octo Beatitudines.

¶ Duodecimo peccaui: q2 fm octo beatitudines euangelicas viuere vt xp̃i seruus & esse obmisi. Primo paupertatem voluntariam cum spirituali intentione non habui. Secundo mitis & mansuetus in persecutionibus & iniurijs mihi illatis non extiti. Tertio pctã mea non defleui; nec cum illa contritione qua debui ad hãc confessionẽ accessi. Quarto iuste viuere nõ studui: sed in peccatis assuetus fui; benefacere/ieiunare/& orare neglexi. Quinto mihi misericors/ & alijs non fui; ac bona ecclesiastica cõmissa paupibus nõ dispersi. Sexto corde quoad deum & proximum per bona exempla non vixi; sed duplici animo in factis & verbis hypocrita extiti. Septimo pacificus nõ fui; sed propter ambitionem beneficiorum & bonorum discordias seminaui/ac scismata feci. Octauo peccaui: q2 non

propter christum persecutiones/ ⁊ maledictiones hominū sustinui:sed qn̄ potui vindicaui. Quandocunqꝫ ⁊ qualitercūqꝫ ego infelix peccator peccaui cōtra octo beatitudines/ ⁊ ꝯtra omnia predicta ⁊ singula/⁊ eaꝝ circunstantias/scienter vel ignoranter/dormiendo vel vigilādo/reddo me culpabilē: ⁊ dico meā culpā:⁊ peto a deo meo indulgētiam: ⁊ a vobis patre absolutionē ⁊ penitentiā.

¶ Septem peccata mortalia cōtinentur in septem litteris huius dictionis/Saligia.

¶ Itē quinqꝫ sensus sunt: Visus. Odoratus. Auditus. Gustus. ⁊ Tactus.

¶ Item. x. precepta dn̄i patent per hos versus.
Unum crede deum/nec vane iura per ipsum.
Sabbata sanctifices/habeas in honore parentes.
Non sis occisor/fur/mechus/testis iniquus.
Alterius nuptam/nec rem cupias alienam.

¶ Et de his omnibus peccatis qualitercunqꝫ fui transgressus dico meā culpam: ⁊ confiteor deo: ⁊ vobis: ⁊ peto a deo meo veniam: ⁊ a vobis patre absolutionem ⁊ penitentiā. Ideoqꝫ precor beatissimā virginē Mariā: ⁊ sanctos apostolos dei Petrum ⁊ Paulū: ⁊ oēs sctōs: ⁊ te patrem orare ad

dn̄m nostrū Jesum xp̄m: vt p̄cat mihi omnia pec-
cata mea: mortalia: venialia: oblita: ⁊ neglecta: ⁊
per me cōfessa: ⁊ que libenter cōfiterer: si eoꝝ me-
moriam haberem: ⁊ que a t̄pe quo incepi peccare
vsq̄ in p̄ntem diem cogitatione dixi ⁊ feci: ⁊ bona
opera que debebā facere obmisi: ⁊ conferat mihi
gratiā: vt imposteꝝ consimilia peccata nō faciam:
⁊ concedat mihi bonū finem vite mee: ac perseue-
rantiam in bonis opibus: ⁊ hanc animā meam ad
celestem gloriā perducat. Uosq̄ patrem meū re-
quiro ex parte dei patris omnipotētis: ⁊ sanctoꝝ
Apostoloꝝ Petri ⁊ Pauli: ⁊ sc̄te Ro. Ecclesie
Clauium auctoritate: quatenus me absoluatis ab
omnibus meis pc̄tis ⁊ delictis: cōfessis: neglectis
⁊ oblitis: ⁊ a peccatis meis mortalibus. cōmissis:
⁊ obmissis: ⁊ venialibus: ⁊ a quibuscūq̄ alijs deli
ctis ⁊ peccatis: ⁊ ab alijs penis inferni: vel purga
torij: quas pro his peccatis merui. Item si sum ex
communicatus: interdictus: aut suspensus: a iure
vel ab homine: aut si fui/aut essem irregularis: sus-
pensus: aut interdictus: aut participaui ignoran-
ter: vel scienter excōmunicatis: supplico humiliter
quatenus me in forma Ecclesie absoluere: ⁊ parti

cipationi fideliu3 xpianoꝝ restituere velitis. Item quando quis facit Confessionem non integram: ita q̄ pretermittat aliqna peccata scienter: tali non dimittuntur peccata/propter illud peccatū: quod scienter obmisit: impossibile enim est/q̄ deus vnū peccatū dimittat sine reliquo: ergo multo minus presbiter: qui est minister dei potest dimittere vnū peccatū sine reliquo: ꝛ talis sic scienter obmittens vnū peccatū/tenetur omnia peccata prius cōfessa de nouo confiteri. Secus enī est si ignorantер: vel ꝓpter aliquam specialem causam: tunc nō tenetur confiteri: quādo cōfessor nō habuit potestatem ab soluendi ab illis peccatis: vel fuit ignorans: ꝛ sine scientia sacre scripture: vel si cōfitens nō cōpleuit: seu facere neglexit pniam sibi iniūctā. In his quattuor casibus tenet̄ iterato confiteri omnis homo.

¶ Sequitur oratio post confessionem.

O Mnipotēs sempiterne deus misericordissime: qui venisti peccatores redimere: peto te per dulcissimum sacramentum corporis ꝛ sanguinis tui mysterium: vt dones mihi indulgentiam: ꝛ remissionem omnium peccatoꝝ meoꝝ predictoꝝ: presentiū: ꝛ futuroꝝ: vt dignā agere valeā pniam:

In bonis operibus perseuerantiã habeam; ac toto corde meo te diligere; ꝛ que tibi placita sunt tota dilectiõe pficere; ꝛ te puro corde meditari; ꝛ post hanc vitam nunq̃ a te separari Amen.

¶ Nota.

¶ Auiso te o confitens qtũs in quolibet puncto ꝛ clausulis huius Cõfessionis: que multã sententiã omniũ circunstantiarum peccatoꝝ continet: redu- tas te ad teipsum: ꝛ satage recordari: si fecisti ali- quo tempore in speciali aliquod peccatum consi- mile; ꝛ statim illud confitere cum suis circunstan- tijs: que sunt/ Quantitas·qualitas·sexus·cõditio· locus·causa·intentio·tempus·mora· dignitas·ten tationis ꝛ operationis modus· Hec sunt seruãda: ꝛ cunctis penitentibus insinuanda· Hec sunt que- rende a penitentibus circũstantie· Quis·quid·vbi per quos·cum quibus·cur· quomodo· quotiens· ꝛ quando· Etas·forma·locus·ordo·sapiẽtia·tem- pus·Sexus·conditio·causa·intentio·mora· Euen tus ꝛ persona·ac operis ꝛ tentationis modus· Hec sunt medicamina; quibus curatur Confessio vera· Sit simplex/ac humilis/ feruens/ pura/atq̃ fidelis· Vera/frequens/nuda/discreta/libens/ve

recunda· Secreta/ꝛ integra/lachꝛymabilis/acce-
lerata· Frequẽs/ꝛ accuſans/ac ſe parere parata·
¶ Pꝛopter multos ignoꝛantes cõfeſſoꝛes vt diſ-
cant qualiter debeãt in foꝛma debita Eccleſie eis
ꝯſitentes abſoluere: Ego Epẽs Magareñ· minoꝛ
Penitentiarius addidi foꝛmã Abſolutionis huic
Cõfeſſioni mee ſuperius deſcripte ſic· Poſita ma
nu ſup caput ꝯſitentis dicat cõfeſſoꝛ· Miſereatur
tui ꝛc· Quibus finitis dicat· Dominus noſter Je
ſus Chꝛiſtus: qui habet poteſtatẽ plenariã te ab-
ſoluẽdi te abſoluat: ꝛ ego auctoꝛitate ipſius: ꝛ ſan
ctoꝛum Apoſtoloꝝ Petri ꝛ Pauli: ꝛ ſancte ma
tris Ecclie: ꝛ auctoꝛitate mihi cõmiſſa in hac pte:
quantum poſſum/ ꝛ debeo te abſoluere: te pꝛimo
abſoluo a vinculo excõmunicatiõis maioꝛis/iuris
vel hominis: ſi quod incurriſti· Abſoluo etiam te a
participatione excõmunicatoꝝ: ſi indiges· Ac eadẽ
auctoꝛitate te abſoluo ab omnibus peccatis tuis:
moꝛtalibus: criminalibus: ꝛ venialibus: mihi con-
feſſis· Abſoluo etiaꝫ te ab omnibus aliis peccatis
oblitis: confeſſis: ꝛ non confeſſis: cõmiſſis: ꝛ ob-
miſſis: ac neglectis: quantum poſſum: ac debeo in
virtute paſſionis dñi noſtri Jeſu xpi: ꝛ in nomine